UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Consiliorvm Sive Responsorvm Avgvstini Beroii Bononien. I. C. Praestantissimi Volumen ...

Cum Summariis, & Indice rerum, ac verborum locupletissimo

Vltimarvm Volvntatvm, Svccessionvm, & Legitimationum materias distinctè continens

Bero, Agostino

Venetiis, 1577

Consilivm CLVII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96520

Visual Library

Tottus fuit legitimus adminiſtrator, quia de illis
nec iure directo, nec ꝑ fideicõmiſſum, nec ad pias
cãs, nec inter uiuos potuit diſponere iurib. præalle
gatis, & in l.fi.C.de bonis quæ liberis, l. 1. C.de bo-
nis maternis, ex quib.oĩno puto iudicandum fore
ad fauorem d.D.Anaſtaſiæ, & illorum de Gaibano
contra illos de Vigis ceſſionarios. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Societas, ſiue bonorum communio inter aliquos varijs modis initur, & quomodo valeat, & quomodo non.*
2 *Dictio omnino iuncta negatiuæ idem, quod nunquam, ſeu nullo modo importat.*
3 *In communione bonorum perſiſtere nemo cogi poteſt.*
4 *Societas, ſeu communio bonorum inter aliquos ex contractu inita, vt bona perpetuo ſint communia, & indiuiſa, non valet, ſecus ſi ex diſpoſitione teſtatoris id fieret.*
5 *Contractus nullo, & inualido exiſtente, pacta quoq; illius nulla ſunt.*
6 *Pacta in contractu appoſita pars contractus dicuntur, & in contractu nullo ipſa quoque nulla ſunt.*
7 *A contractu principali recedentes à pactis quoque in eo appoſitis receſſiſſe videntur.*
8 *Incluſio vnius eſt alterius excluſio, & vnius exceptio contrarium in alio ſeruandum eſſe operatur.*
9 *Pactum de ſuccedendo reciprocum inter aliquos factum de bonis præſentibus tantum valet.*
10 *Idem, ſi de oĩb. bonis ꝓſentib. & futuris factũ eſſet, neq; ad verum, vel fictam traditionem proceſſum eſſet, alioquin ſecus.*
11 *Pactũ de non alienando in cõtractu appoſitũ intelligit̃ de alienatione inter viuos, & nõ de ea, q̃ in vltima uolũtate fieret.*
12 *Prohibitio alienationis nõ facta in certas ꝑſonas, nec in certũ genus ꝑſonarũ alienationẽ in vltima volũtate nõ cõprehẽdit.*
13 *Pactum de ſuccedendo quando, & quomodo valeat.*
14 *Diſpoſitio an fiat de omnibus bonis vniuerſaliter, an verò de maiori parte bonorum, plerunque parificantur.*

EPITOME.

SOcietas, ſeu communio bonorum contracta
inter aliquos nulla eſt, et inualida cum omni-
bus pactis in ea appoſitis, ſi actum ſit, vt ea ſit perpe
tua, & in perpetuum durare debeat, atq; irreuoca-
bilis ſit ad conſeruationem deſcendentium, nec ad
alios bona poſſint peruenire, niſi ad filios & deſcẽ-
dentes maſculos, fœminis excluſis, quoq; nec ipſi,
nec filij, & deſcendentes ſui poſſint bona diuidere,
nec alienare, nec alteri hypothecare, quia uelint il-
la perpetuo in communione permanere: & ibi la-
tè, quando pactum de ſuccedendo ualeat, & qñ nõ.

CONSILIVM CLVII.

QVamuis dubitationib. propoſitis ꝯ hęredes
teſtamẽtarios D.Guidacij per excellentiſs.
D.aduocatum ſatis ſuperq; reſpõſum fue-
rit, vt ſuper illis ulterius laborandum non eſſet, tñ,
ut iuſtus precib. Illuſtriſs. D. eorum genitricis ſatis
faciam, nonnulla ſubiungã, & in primis quoad uali
ditatẽ cõionis initæ, & ꝯctæ inter dños Guidaciũ,
et Alex.de Maluitiis, et Hippolytum de Malchia-
uellis, vr̃ iure optimo concludendum, illã inualidã
& in efficacem fuiſſe, ad ꝙ oſtendendum aliquos
referã modos, quib. iniri ſolent inter aliquos bono
rum ſuorum cõiones, & ſocietates, & pacta hmõi:
1 † quãdoq; enim coitur ſocietas, ſeu bonorũ cõio,
vt perpetuo duret, & hæc de iure tenet, quia ad ui-
tam ꝯhentium facta cenſetur, vt eſt tex. in l. 1. & ibi
gl. Bar. & alij. ff. pro ſocio, gl. in l.nulla eod.tit. in qua
ſpecie nos in præſentia non ſumus. Aliqñ & ſcdo
ꝯhitur, vt duret, & in æternũ durare debeat, & hæc
à iure reprobat, vt uoluit iurecon. in d.l.nulla, quia
vltra uitam, & ſic poſt mortem ꝯhentium ſocietas
ex pacto duraret, ꝙ fieri non põt, vt ſtatim dicetur,
& huic caſui ꝯhentium conuentio accommoda-
ri poſſet; Tertio fieri ſolet, ne oĩno diuidat, & tunc
eſt inutilis l.in hoc iudiciũ §.ſi conueniat, ff.cõmu.
diuidun. ſic.n.actum vr̃, ꝙ nunquam diuidatur, vt
inquit Alex. in conſi. 18. 2. lib. allegando illum tex. in
2 d.§.ſi conueniat. Nam † dictio oĩno iuncta negati-
uæ ſignificat idem, ꝙ nunq̃, ſeu nullo mõ l. in naue
3 ſaupheli in fi. ff. loc. & † iniquum uideretur quẽ co-
gi poſſe ad perſiſtendum in bonorum cõione, quæ
ſolet diſcordias, & neglectum bonorum parere l.fi.
C.commu.diuid. l.ſi non ſortem §.ſi certũ ff. de ꝯd.
inde. l.cum pater. §. dulciſſimis ff. de lega. 3. l. 2. poſt
prin. C.qñ, & quib. quarta pars li. 10. Non ualet quar
to ſocietas, ſeu cõio bonorum, qñ ꝯcta fuit, vt poſt
mortem ꝯhentiũ duret, & ad hæredes, ſeu ad filios,
uel deſcendentes poſt obitum ſociorum tranſeat
l.nemo põt cum ſeq. l. hæredes ff. pro ſocio, videret
enim ſic per indirectum auferri, ſeu impediri libe-
ra facultas teſtandi l.ſi fratres §.idem reſpondit il 1.
& ibi Bar. Bal. & alij ff. pro ſocio; & huic caſui con-
uenit ille, de quo eſt qõ in ꝓſentia, nam & ſi teſtator
poſſit facere, ꝙ bona inter ſuos hæredes ex cã diui
di non poſſint, tñ ꝯhentes hoc agere non ualent,
Alex. in d.l.ſi non ſortem §.ſi centum, quia fortior
eſt prohibitio teſtatoris, q̃ ꝯhentium. Quinto ſi in-
ter partes agatur, ꝙ cõio bonorum, ſeu ſocietas ꝑ-
petuo diuidi non poſſit, non tenet conuentio, &
in hac ſpecie loquitur Socyn. in conſi. 275. pen. col.
& ẽt iſte eſt caſus, qui nũc occurrit, vt uerba inſtri
oſtendunt; quandoq; ẽt paciſcitur vt ſocietas, ſeu
bonorum cõio toto tꝑe uitæ ꝯhentium durare de-
beat, & ualet pactum Alex. in d.l. in hoc iudicium
§.ſi conueniat in apoſtil. quia vr̃ conuentum, vt du-
ret, quoad uixerint per tex. in d.l. 1. ff. pro ſoc. ſecus ſi
conuẽtum eſſet, ꝙ à cõione non habeatur, ſeu abi-
ri non poſſit, arg. l.ſi conuenerit, l.ſed & ſocius in fi.
4 ff. pro ſocio. † Cum itaq; præfati ꝯhentes ſocietatẽ,
cõionem bonorum egerint inter ſe, vt cõio eſſet
perpetua, et in perpetuum durare deberet, ac irre-
uocabilis eſſet ad conſeruationem. deſcendentium
illorum de Maluitijs, et d. Hippolyti, nec ad alios ꝑ
uenire poſſent, niſi ad filios, & deſcendentes maſcu
los dictorum ꝯhentium fœminis excluſis, et cum
onere inter eos adiecto, ꝙ ipſi, ſeu filij, et deſcendẽ
tes ſui non poſſint dicta bona diuidere, nec aliena-
re, nec alteri hypothecare, quia uolunt illa ꝑpetuo
debere permanere in cõione ad effectum ẽt, vt ſi
contingeret ipſos ꝯhentes, & oẽs alios ꝓnominatos
et ꝯñr filios, et deſcendentes ipſorum ꝯhentium de
cedere ſine filijs legitimis, et naturalib. maſculi, et
ſupereſſent naturales tm̃, ꝙ dicti naturales poſſent
admitti, et admitterentur; ex his euidẽter apparet,
ꝙ uoluerunt, et conueniſſe dicuntur, ꝙ bona prędi
cta debeant eſſe cõia, et diuidi non deberent, nec
poſſent non ſolum in eorum uita, ſed ẽt poſt eorũ
mortem, adeo ꝙ cõio oĩno tranſire deberet ẽt ad
filios, et deſcendẽtes ſuos, quo fit vt hmõi ꝯctus ſo
cietatis, ſeu cõionis ab initio dicatur inualidus, et
nullius momenti, vt in iurib. et caſib. iam dictis con
ſtat, licet qñq; teſtator poſſit ex hac cã, vt bona tran
ſeant ad filios, et deſcendentes, diſponere, ꝙ bona
perpetuo ſint cõia, et indiuiſa remaneant. vt uoluit
5 Alex. in d.§.ſi centum: † qua inualiditate contra-
ctus cõionis, ſeu ſocietatis ſtante, ſequitur, ꝙ oĩa
alia pacta in hmõi contractu appoſita tàm de non
alienando, q̃ de ſuccedendo dicantur eſſe nulla, et
inualida, ac nullius momenti, prout eſt ipſe ꝯctus
6 principalis, tum † quia pacta appoſita in ꝯctu dñr
eſſe

eſſe pars ꝯctus l.fundi partem ff.de cõtrah.emp.Bal.
in l.ſolam pe.col.C.de teſtib.tum quia pacta appoſi
ta in cõtractu de iure inualido,ſeu nullo dñr eſſe in
ualida,et nullius momenti,ſicut ipſe ꝯctus, cui ac-
cedunt l.1.C.de cond.ob cauſ.et ibi Bal.poſt gl.fi. q̄
inquit,ꝙ ſi ꝯctus deficit, debent ẽt deficere pacta
appoſita ſuper ꝯctu, quia deficiẽte cã ceſſare debet
effectus c.cum ceſſante de appell.l.adigere. §.q̃uis.
ff.de iur.patr.cum alijs,quæ glo. illa allegat, et dicit
tex.in d.l.j.ꝙ qñ non ualet ꝯctus principalis,pacta in
eo deſcripta hñr,ac ſi facta non forent: ſed in caſu
nr̃o contractus principalis ſuper cõione,et ſocieta
te bonorum celebratus fuit,et eſt inualidus rõnib.
iam dictis,ergo & ipſa pacta, aliæq; conuentiones
ſuper dicto contractu deſcriptæ,& ꝯñr ẽt pactũ de
non alienando,ſeu de ſuccedendo ſuper dicto cõ-
tractu appoſitum,& q̃uis poſtea in inſtr̃o diuiſio-
nis factæ inter dictos fratres de Maluitijs non obſtã
te diuiſione fuerit reſeruata conuentio de nõ alie-
nando ſuper dicto contractu cõionis celebrata, tñ
non fuit ſimpliciter reſeruata,ſed ſolum in illis ſta
tu,& terminis,in quib.erat ante diuiſionem,vt non
cenſeatur conuentio p̃dicta de non alienando ex
contractu diuiſionis,& reſeruatione prædicta ma-
gis approbata,q̃ improbata antea eſſet,ſed ante di-
uiſionem p̃dictam pactum de non alienando in di
cto contractu cõionis appoſitum erat inualidum,
& inutile,vt iam dictum fuit,ergo ex reſeruatione
illa non põt dici effectum ualidum,& utile, prout
fuit mens contrahentium,quæ eſt attendenda glo.
in l.ſi in uenditione in fi.ff.cõia prædio.¶ Accedat
7 prædictis,† nam poſtq̃ partes per ꝯrium contractũ
diuiſionis à primo contractu cõionis recedere uo-
luerunt,ſequitur, ꝙ ẽt dñr uoluiſſe recedere à pa-
ctis,& cõuentionib.in illo appoſitis,vti acceſſorijs,
arg.tex.in c.& hoc diximus cum gl. 16.q.7.& eorum
quę hñr in c.acceſſorium de reg.iur.in 6. ac ẽt quia
ex quo ipſi fratres diuiſionis contractum celebran
tes uoluerum ſaluum fore ſimpliciter pactum de
non alienando, ergo alia pacta in dicto contractu
cõionis adiecta non dicentur voluiſſe reſeruare,q a
8 † unius incluſio eſt alterius excluſio Bal.& Alex. in
l.1.C.de diuerſ.reſcrip.l.3.in prin.ff.de ſeruit.l. natu-
ralis §.ſed ſi facio cum gl.in uerb.p̃ſtes ff. de preſcr.
uer.c.ad audiẽtiam de decim.& exceptio facta de
uno operatur,vt in alijs ꝯrium ſeruandum ſit. Præ-
terea contrahentes,qui inter ſe diuiſionem fecerũt
uoluerunt pactum de non alienando eſſe reſerua-
tum non ſimpliciter,ſed in ſtatu,& terminis, quib.
erat ante diuiſionem, vt ſi prius non ualuerit, pari-
ter poſt diuiſionem ualere non dicatur : ergo alia
pacta,quæ non reſeruauerunt partes in diuiſione ,
nullo mõ dicentur ab ipſis diuidentib.reſeruata,q a
ſi ea reſeruata eſſe uoluiſſent, facilę fuiſſet illis re-
ſeruare,prout reſeruarunt pactum de non alienan-
do,ꝙ cum non fecerint,cenſentur noluiſſe, argu.l.
unicæ.§.ſin aũt ad deficientis C.de cad.tol.c.ad au-
dientiam in ultimis uerbis extra de dec. & ſi benè
conſiderentur uerba reſeruationis pacti de nõ alie-
nando in dicto contractu diuiſionis, dicti fratres
ſciuerunt, & præſuppoſuerunt dictum pactum de
non alienando antea non ualere, qm̃ uoluerunt il-
lud reſeruare ſolum in caſu,quo illud ualeret in ſe,
& non aliter,ergo de illius pacti ualiditate nõ erãt
certi,vt ex uerbis reſeruationis apparet : certitudi-
nem igitur de inualiditate aliorum pactorum ha-
buiſſe cenſentur,ex quo illa non reſeruarunt :& il-
lorum inualiditas inferri non potuit,niſi ex eo, ꝙ
appoſita fuerunt ſuper ꝯctu cõis, ſeu ſocietatis in-
ualido,& nullo per ea,quæ iam dicta fuere. Sed pre
9 ſuppoſito abſq; præiudicio,† ꝙ pactum de ſuccedẽ
do in caſu,de quo agitur,in ſe de iure ualidum fue
rit;quia reciprocum inter fratres, & ſolum de bo-
nis p̃ſentibus,vt apparet ex uerbis primi inſtr̃i ſup
cõione confecti,iuxta ea,quæ hñr per glo.& docto.
cõiter in l.fi.C.de pact.& in l.ſtipulatio hoc mõ cõ
cepta ff.de uerb.obl.& per glo. in l. hæreditas C. de
pact.conuent.per q̃ Ang.in conſi.179.incip. In noĩe
dñi &c.uiſis prædicti inſtr̃is in 1.col. hoc uoluit ex-
preſſe dicens circa hoc nullum dubitare; imò for-
tius ibi inquit in 2.3.& ſeq. col.latiſſimè diſputãdo,
10 † ꝙ licet pactum factum inter aliquos de ſucceden
do in oĩb.bonis præſentib.& futuris non ualeat,q a
eſt ꝯ bonos mores, vt ſcribentes ferè oẽs tenent in
d.l.fi.& in d.l.ſtipulatio,arg.l.pactum ꝙ dotali, l.li-
cet,l.fi.C.de pact.& in l.ſi maiores cum l.cum dona
tionis C.de tranſ.d.l.hæreditas, l.ſi qñ §.illud C. de
inoff.teſt.l.ex eo C.de ꝯhen.& commit.ſtip. Oldr.in
conſi.136.ad habendam in prin.cum ſimi. tñ qñ eſ-
ſet factum hmõi pactum de ſuccedendo recipro-
cè inter fratres pro conſeruatione patrimonij, &
agnationis,ualeret,ſi occaſione illius pacti nõdum
fuiſſet proceſſum ad bonorum traditionem uerã,
uel fictam,quia in hoc caſu per pactum hmõi non
diceretur ſublata libera facultas teſtandi,vt notabi
liter,& plenè declarat Ang.in d.conſi. quem refert
Alex.in conſi.83.redemptoris nr̃i, uiſa facti narra-
tione in 6.col.2.uol.& optimè faciũt ea,quæ in hoc
articulo deduxi in ca. in præſentia extra de probat.
11 ¶ Adhuc tñ in caſu occurrenti dicendum vr̃, † ꝙ
iſtud pactum de non alienando ad effectũ, vt poſ-
ſit eſſe locus alteri pacto de ſuccedendo inter ſe,&
reciprocè,debeat intelligi de alienatione inter ui-
uos,non aũt de illa,q̃ fit in ultima uoluntate ꝑ uiã
inſtitutionis,quia & ſi iſta uideatur alienatio l. pe-
to §.fratre ff.de leg.2.tñ per hmõi alienationis pro
hibitionem factam in ꝯctu non dr̃ prohibita hære-
dis inſtitutio,qñ illa in ſe ualeat l.ſi ita quis §. ea le-
ge cum gl.ff.de uerb.obl.gl.& ſcribentes in l.ea l.C.
de cond.ob turp.cauſ.& in l.peto §.fratre ff. de leg.
2.ubi fit dr̃ia,an ẽt ex cã fuerit prohibita alienatio
in ultima uoluntate,an verò in ꝯctu inter uiuos,q a
primo caſu dr̃ ẽt prohibita hæredis inſtitutio facta
de extraneo,ſecundo uerò caſu non, & rõ duplex
reddi põt,prima quia in ultimis uoluntatib. latior
fit interpretatio,& extenſio,q̃ in ꝯctibus c. cum di-
lecti extra de don.l.in teſtamentis.ff.de reg.iur.alia,
q̄ vr̃ eadem,quia in ꝯctib.uerba ſtrictè ſumuntur l.
quicquid aſtringẽdæ ff.de uer.obl.& ibi Bar. Arch.
in c.ſi quis ſuadente 17.q.4.in teſtamentis aũt larga
d.l.in teſtamentis d.c.cũ dilecti,ſed ſtrictè loquẽdo
alienatio dr̃, quæ fit mediante contractu,largè aũt,
q̄ fit per ultimam uoluntatem,vt colligitur not. ex
uerb.Bal.in l.uoluntas in ult.col.C.de fideicommiſ.
12 ergo &c.¶ Rurſus conſiderandum eſt, † ꝙ ex quo
contrahentes in contractu ſocietatis, ſeu cõionis
bona cõia non prohibuerunt alienari in certas per-
ſonas,ſeu in certum genus perſonarum, ſed ſimpli
citer,ſequitur,ꝙ non dr̃ prohibita illa alienatio, q̄
fieret per hæredis inſtitutionem; ẽt quod ꝓhibitio
non fuerit nuda,ſed ex cã, & correſpectiua,vt uo-
lunt Bar.Ang.Io.de Imo.Pau.de Caſt.& ferè oẽs in
d.l.peto.§.fratre,nec non in d.l.ſi ita quis §. ea lege
ff.de uerb.obl.& Alex.in conſ.23.in fi.uerb.in 2.uol.
dicit ſuper hoc capite non eſſe dubitandum, quia
oẽs doct.ſunt concordes,& oĩno inſpiciantur illa,
quę ad propoſitum ponit Ang.in conſi.7. qui opti-
mè,& melius,q̃ cæteri,declarat;latè hr̃ per Alex.in
conſi.155.2.li.& melius in conſi.56.li.1.per totũ, &
maximè in ult.col.q loquitur ẽt,qñ eſſet prohibita
alie-

alienatio fieri extra familiam, aut deſcendentes:
Sed quia non erat prohibita fieri in certas pſonas,
ſeu in certum genus perſonarum, potuit ꝓhibitus
ſibi extraneum hæredem in bonis ēt prohibitis in-
ſtituere, Mod.in l.filiusfamilias §.diui de leg.1. plu-
ra alia ad hanc rem facientia poſſem allegare, q̃ alij
conſultores ſatis plenè cumulauere, & iō cū in ca-
ſu, de quo agitur, dicti fratres de Maluitijs in ꝯctu
cōionis conuenerint, ꝙ bona cōia alienari nō poſ-
ſent aliquo titulo, ēt ꝙ hoc fecerint ad fauorē filio
rū, & deſcendentium ſuorum, vt ad eos dicta bona
tranſirent, tñ ex quo alienationem non ꝓhibuerūt
fieri in aliquas certas pſonas, nec in certum genus
perſonarum, ſed ſimpliciter, non cenſetur prohibi-
ta illa alienatio, q̃ fieret p hæredis inſtitutionem, &
tanto magis, cū ꝓhibitio facta fuerit in ꝯctu p iam
dicta, ex quib. oīb. concurro cum alijs cōſultorib.
qui ad fauorem ſcriptorum hæredum d.D.Guida-
cij ſcripſere. Adde, ꝙ iterum rogatus, ut ſuper hac
ipſa cā aliqua dicerem ultra illa, q̃ copioſè ab alijs
clariſſimis aduocatis, & à me ipſo ſupra ſcripta fue
rint, nonnulla in illo amplo, & difficili articulo, vtrū
conuentio, ſeu pactū de ſuccedēdo de iure ualeat,
mihi breuiter occurrerunt. Nam p̄termittendo lo-
ca, & conſilia, in quib. hæc materia tractaꝛ uti oīb.
13 notiſſima, ita diſtinguendū eſſe cenſeo, † ꝙ aut lo-
quimur de pacto, ꝙ remanet ī puris terminis actus
inter uiuos, aut de pacto, ꝙ trāſit in uim ultimæ uo
luntatis diſponendo de bonis p modum hæredita
tis, ſeu ſucceſſionis: Primo caſu exemplificaꝛ, qñ qs
bona ſua promiſit, ſeu donauit alicui dicendo pro
mitto, ſeu dono &c. & tunc aut promiſſio, ſeu dona
tio facta fuit uiciſſitudinariè inter duos de oīb. bo
nis pręſentib. & futuris, ſeu de oīb. reb. ſuis ēt futuris
& de iure erit inutilis, & inualida, tum qa per illam
dr̄ impediri libera facultas teſtandi ſaltem per indi
rectum, tum quia vr̄ ꝯ bonos mores, qa per illā in-
ducitur uotum captandæ mortis l. ſtipulatio hoc
mō, & ibi ſcrib. ff. de uerb. oblig. l. fi. C. de pact. & in
l. cum donationis C. de tranſ. idem ſi facta fuerit ꝓ-
miſſio, uel donatio de hæreditate, ſeu illius quota,
vt in locis proximè allegatis: Aut promiſſio, ſeu do
natio reciprocè facta fuit de oīb bonis, ſeu reb. prę
ſentib. & tūc ꝓmiſſio, ſeu donatio ualebit ēt abſq;
inſinuatione, ut uoluit Old. in conſi. 139. & ſequitur
Io. And. in addi. ad Spe. in tit. de inſtr. editi. §. porrò
in ſi. in addi. magna, ut declarat, & ſequitur Alex. in
conſi. 28. pen. & ult. col. ibi non obſtat ēt &c. uolu. 3.
& Dec. in conſi. 225. in ult. col. nec huic ſniæ aliqui
vñr ꝯdicere: idem eſſet, ſi unus alteri ꝓmitteret ex
cā donationis bona ſua p̄ſentia, uel bona ſimplici-
ter, uel res ſuas tradere poſt mortem, quia intellige
retur de p̄ſentib. ad tradita per Bart. & alios crebro
in d. l. fi. & in d. l. hoc mō, ¶ Secundo caſu principa-
li, qñ ēt uiciſſitudinariè inter aliquos facta fuit con
uentio, ſeu pactum de futura ſucceſſione, ꝙ tranſit
in uim ultimę uoluntatis, ꝓmittendo, ꝙ alter alteri
ſuccedat, & tunc ſi hmōi ꝯdō de ſuccedendo per
uerbum ſuccedo facta fuerit de oīb. bonis p̄ſentib.
& futuris, ſeu de oīb. reb. ſuis, talis conuentio de iu
re dicetur inutilis, quia eſſe dr̄ ꝯ bonos mores, & ſa
pit uotum captandę mortis l. ex eo C. de inuti. ſtip.
& arg. l. hęreditas C. de pact. conuen. item per illam
auferri dr̄ ſaltem per indirectum libera facultas te-
ſtandi, ut concorditer tranſeūt ſcribentes in iurib.
iam alleg. & uoluit Alex. in conſi. 28. uol. 3. et quia
hic non eſt caſus noſter, pertranſeo. Si uerò cōuen-
tio de ſuccedendo facta fuit de certis reb. ſpāliter
expreſſis, vt ꝙ quis ſuccedat in domo, p̄dio &c. &
tunc conuentio ualebit, quia non aufert liberam fa
cultatem teſtandi, nec dr̄ eſſe ꝯ bonos mores, vt ſi-
gnanter uoluit Dec. in d. conſi. 225. pen. col. uerſi. cō
cludendo tñ, & mouetur, quia cum non agatur de
ſucceſſione vl̄i, nec de hr̄ditate, nec de illius quo-
ta, qa tunc non ualeret, vt loquuntur ſcrib. in locis
alleg. ſed de quibuſdā bonis particularib. ſpecifica-
tis, talis conuentio nullo iure reperiꝛ reprobata, &
iō dr̄ recepta, cum in fortiorib. terminis ualeat di-
ſpō facta de ſubſtantia, ſeu de patrimonio, & illius
quota l. ſi quis argentum §. ſed & ſi quis C. de don.
& in caſu iſto loquitur Guid. Pap. in q. 267. pactum
&c. qui dixit, ꝙ iſto caſu non tollitur facultas teſtā
di, nec dr̄ eſſe pactum de ſuccedendo, nec ſapit uo
tum captandæ moris; & de hoc ēt caſu non loqui-
mur. Sin autem conuentio uiciſſitudinaria, uel ſim
plex de ſuccedendo facta fuit de oīb. bonis, ſeu re-
bus p̄ſentib. ſeu de bonis, uel reb. oīb. ſimpliciter,
quo caſu in dubio intelligereꝛ de p̄ſentib. Alex. in
d. l. ſtipulatio hoc mō, & in d. l. fi. & tunc cum facta
fuerit per modum ſucceſſionis, non ualebit, qa cō
uentio, ſeu pactum non eſt modus, per quem defe-
ratur ſucceſſio, ſed uel per teſtm̄, aut p legis ciuilis,
uel ſtatuti diſpōnem d. l. ex eo, d. l. cum donationis,
Bar. in conſi. 212. promitto &c. & in hanc ſnīam in-
cidere Dec. vr̄ in d. conſi. 225. & in conſi. 300. col. 1.
nu. 3. nā dicendo, ꝙ alter alteri ſuccedat, ſi deceſſe-
rit ſine liberis, vr̄ actum de ſucceſſione hæredita-
ria, & iō non ualet l. licet arguēdo à ſpāli C. de pac.
ubi ſi conuentum fuerit inter milites, ꝙ inuicē in-
ter ſe ſuccedant in reb. ſuis, fauore militum ualet
conuentio, regulariter uerò ſecus, vt ibi eſt caſus
expreſſus: idem corroboraꝛ p tex. in indiuiduo in
d. l. ex eo, maximè iuncta gl. ubi ſi per ſtipulationē
de futura ſucceſſione conuentū ſit, vt qa dictū fue
rit, ꝙ quis ſibi ſuccedat, non ualet ſtipulatio; quia
tractaꝛ de futura ſucceſſione, & ꝯñr ſiue dictū fue-
rit, ꝙ ſuccedat in oīb. bonis, ſiue ſimpliciter, ſiue in
hæreditate, ſiue in bonis p̄ſentib. & futuris, non ua-
lebit conuentio, qm̄, cum tex. loquaꝛ de ſtipulatio-
ne facta de futura ſucceſſione ſimpliciter, pōt intel
ligi gñaliter, vt ſup. Confirmo prędicta, nam ſicut
conuentio facta, vt quis ſuccedat in oīb. bonis præ
ſentib. & futuris, uel in oīb. reb. non ualet d. l. licet,
& cōis ſcola approbat in locis alleg. ita ſi eſſet facta
conuentio de ſuccedendo in oīb. bonis præſentib.
qm̄ & ſi poſſet dici non impediri liberā facultatem
teſtandi, vt p̄ſupponunt Alex. & alij in d. l. ſtipulatio
hoc mō, & in d. l. fi. tñ dicetur eſſe ꝯ bonos mores,
& turpis, cum ex illa dicatur induci uotum captā-
dæ mortis d. l. ex eo, ꝙ uotum inducitur ēt ſi quis
non ſit uniuerſaliter alicui ſucceſſurus, ſed ēt in cer
tis bonis magni ualoris, ſeu in maiori parte bono-
rum arg. c. 2. de conceſ. præb. in 6. ¶ Hinc uidemus
14 † in alijs quoq; diſpōnib. parificari, an diſpō fiat de
oīb. bonis uniuerſaliter, uel de maiori parte bono-
rum, nā qui oīa ſua alienat, præſumitur in fraudē fe
ciſſe, l. oēs §. Lucius ff. de his, q̃ in fraud. cred. idem
ſi maiorem partem illorū, vt in l. nomen. §. filio, &
& ibi Bar. ff. de leg. 1. Similiter ſicut pater ſi oīa bona
uniuerſalia donauerit, dr̄ inofficioſè egiſſe, ita ſi
maiorem illorum partem l. 1. & 2. cum alijs ſequen
tib. C. de inoff. don. item ſicut ꝯ agentem de crimi-
ne criminaliter reus ad excludendum actorū poſt
opponere de ſpoliatione facta ſibi à quocunq; alio
tertio, qñ reus fuiſſet ſpoliatus oīb. bonis ſuis, ita ēt
qñ ſpoliatus fuiſſet maiori parte bonorū c. 1. de re-
ſtit. ſpol. in 6. Ex quib. idē inferri pōt in caſu, de quo
agitur, ꝙ non ſit dr̄ia, qñ conuētio facta fuit de ſuc
cedendo, an facta fuerit de ſuccedendo in oīb. bo-
nis uniuerſaliter, an uero in maiori parte bonorū,
qm̄

qm̃ & ſi hoc ultimo caſu non poſſit dici impediri libera facultas teſtandi, tñ ſaltem per illam dicetur introduci uotum captandæ mortis, ꝙ eſt quid turpe, & ꝯ bonos mores d.c.2.de conceſſ.præb. & ſuffi cit ex plurib.rõnib.motiuis alteram militare. §. ſocrum.§.affinitatis inſt.de nup. Præterea conſiderandum eſt, ꝙ q̃uis cõio inita inter dictos fratres facta fuerit de bonis ſuis p̃ſentib. tm̃, vt ex uerbis inſtr̃i colligitur, tñ conuentio ſubſequuta de ſuccedendo ad inuicẽ, non fuit facta de p̃ſentib. ſed de oĩb. bonis ipſorum, vt patet, ſed diſpõ facta de oĩb. bonis ſimpliciter dr̃ vl̃is, ſicut ſi facta eſſet de hæredita te, ſeu de illius quota, vt eſt tex.aureus in materia vltimarum uoluntatũ in l.nam ꝙ in fi.ff.ad Treb. ergo in caſu nr̃o conuentio de ſuccedendo in oĩbus bonis ipſorum ſimpliciter non debet dici de p̃ſentibus, ſed de quibuſcunq; vniuerſaliter, & ꝯñr uerũ erit dicere, ꝙ dicatur nulla.d.l.ex eo, & hr̃ plenè in d.l.ſtipulatio hoc mõ cum alijs. Nec obſtat, ꝙ cũ antea cõio eſſe facta duntaxat de p̃ſentib. ſimiliter conuentio de ſuccedendo, q̃ facta fuit ſimpliciter de oĩb.bonis, debet dici facta de p̃ſentibus argõ l.ſi ſeruus in fi.ff.de leg.3.quia reſpondetur, ꝙ iſta ꝯñtia remouet, & tollitur ex ijs, quę in indiuiduo tradit Alex.in d.conſi.28.circa fi.nam dicta conuentio de ſuccedendo facta fuit ſimpliciter, ꝙ ſuccedere debeat, ſeu ſuccedat æqualiter, non ſe reſtringendo ad bona aliqua, & ꝯñr fuit conuentio de ſuccedendo de futura ſucceſſione ſimpliciter facta, & ſic in caſu d.l.ex eo, igitur fuit inualida, nec debuit reſtringi ad p̃ſentia tm̃, prout non reſtringitur in caſu d. l. ex eo: nam ſi ꝯ̃hentes uoluiſſent cõuentionem de ſuccedendo hr̃e locum, & illam reſtringere ad bona pręſentia tm̃, hoc dixiſſent, ſicut expreſſerũt, qñ de cõione loquuti fuerũt, ergo cum hoc non fecerint prout facere potuiſſent, ſi uoluiſſent, debet intelligi illa conuentio de ſuccedendo ſimpliciter, & generaliter, ꝑut concepta fuit, arg. c. ad audientiã cũ gl.extra de decimis: cum iurib. allegatis ibi per gl. Rurſus benè, & diligenter aĩaduertendum eſt, ꝙ etſi uerum eſſet, ꝙ conuentio de ſuccedendo facta inter dictos fratres ualida fuerit (ꝙ tñ negat per prędicta) tñ illa vr̃ reuocata, & ab ea receſſum fuit de conſenſu ipſorum, qñ ad diuiſionem poſtea bonorum cõium deuenerunt, in qua expreſsè conuenerunt, ꝙ ſolum conuentio de non alienando bona communia deberet remanere in viridi obſeruãtia, ergo ſenſiſſe vñr, ꝙ illa de ſuccedendo, quæ diuerſa erat ab alia, deberet dici reuocata, & annulata, vt ſup.dixi in præcedentib.allegationib. ac ẽt quia de facili conuentio de ſuccedendo, ſeu de futura ſucceſſione dr̃ reuocata, qũocunq; aliqualiter cõſtet de contraria mente paciſcentis, ſeu conſentientis, vt d.l.licet, & ibi doct. & in d.l.fi.C.de pact. ſicuti ẽt factum eſſe dr̃ in caſu nr̃o, vt latè, & ꝯcludẽter declarãt alij excellẽtiſs.cõſultores, ad quos me remitto.

SVMMARIVM.

1 *Nepotem quem eſſe alicuius ex fratre ad effectum, vt illi tanquam nepos ſuccedat, quomodo probetur.*
2 *Filiatio, & illius quaſi poſſeſſio quomodo probetur.*
3 *Præſumptio vna tollit aliam, & vltima priorem.*
4 *Tractatus, nominatio, & receptio quoad quem effectum filiationem, aut aliam coniunctionem probent.*
5 *Filiationis probatio fit dupliciter.*
6 *Teſtandi impedimentum quomodo probetur.*
7 *Teſtari aliquem prohibens, & impediens illius ſucceſſione priuatur.*
8 *Propter metum carceris quando actus reſcindatur.*
9 *Proteſtatio ſecretè facta in ijs, quæ à uoluntate partium dependent, non prodeſt proteſtanti, niſi ante actum celebratum ad notitiam alterius partis deuenerit.*
10 *Tranſactio prætextu læſionis etiam enormis non reſcrindit.*
11 *Teſtes contra contractum, & ad illius inualiditatem inducti quales eſſe debeant.*
12 *Tranſactio propter iuramentum efficitur irreuocabili.*

EPITOME.

SVccedere ſi quis velit alicui tanquam nepos ex fratre, quomodo ſe nepotem eſſe probare debeat, & filiationis probatio quomodo fiat, hic hr̃.

CONSILIVM CLVIII.

IN cã illorum de ſtringhis aduocatus D' Antoniæ aduerſariæ ultimo loco nixus fuit ijſdemmet iuribus, & rationib. quib. prius uſus fuerat, defendere partes D. Antoniæ ſuæ principalis: ſuper quib. licet ulterius inſiſtere opus non eſſet, qm̃ ex deductis per procuratorem dominarum Sarræ, & Eliſabeth ſatis abunde allegationibus dicti aduocati reſponſum fuit, ac de iure dictarum dominarum principalium mearum oſtẽſum, tñ vt eis morem geram, aliqua pro reſolutione eorum, quę præfatus Aduocatus repetijt: deducam: & in primis dr̃, ꝙ teſtes ex aduerſo pro parte D. Antoniæ examinati nihil ad illius fauorem concludere vñr, vt ipſa ad ſucceſſionem Antonij defuncti admitti poſſit, minuſq; ex eorum dictis deueniri põt ad reſciſſionem tranſactionis initæ inter ipſam Antoniam ex una, & D. Eliſabeth ex altera, ac utriuſq;
1 litis conſortes, Nam † ex quo ipſa D. Antonia uult admitti tanq̃ neptis Antonij ex Vergilio eius fratre, neceſſe fuit, ꝙ teſtes probaſſent eam fuiſſe filiã Vergilii, ac ẽt d. Vergilium fuiſſe fratrem ipſius Antonij, alioquin conſtare non poſſet Antoniam fuiſſe neptem Antonij ex Vergilio eius fratre. §.3. Inſt. de gradi. & l.iureconſultus.§.3.ff.eo.tit.l.1.& 3.C.de legit.hær. Sed non conſtat, teſtes probaſſe Vergiliũ fuiſſe fratrem Antonij, qm̃ non probant, prout fuit neceſſe, Vergilium natum fuiſſe ex ijſdem parentibus, quib. Antonius natus fuit, vt in dictis iuribus, ergo &c. Et quamuis aliquis teſtis dixerit ſe audiuiſſe ab Antonio Vergilium fuiſſe eius fratrem, tñ nullos habet conteſtes, ac ẽt hmõi aſſertio, & profeſſio Antonij ſimpliciter facta nullam fidem facit.l.parentes.C.de prob. Similiter per teſtes d. Antoniæ probatum non fuit ipſam fuiſſe filiam Vergi
2 lij, quia † probatum non reperitur, illam fuiſſe natã ex uxore Vergilij, nec in illius domo, iux. l. filium, ff.de his, qui ſunt ſui, uel alie. iur. & in l. non nudis. C.de probat. Nec ẽt ꝙ Vergilius tanquam illius pater ſolitus fuerit d. Antoniam pro filia nominare, habere, & tractare, prout ad probandam quaſi poſſeſſionem filiationis hæc requiruntur ad tradita ꝑ Canoniſtas in c.per tuas de probat.per Dec.in cõſ. 272. Alex.in conſi.51.uol.1.& hr̃ per Bald. poſt Bar. & alios in d.l.filium, gl.& ſcrib.in l.j.C. quorum bonorum. Cum igitur probatum non fuerit concludenter Vergilium fuiſſe fratrem Antonij, nec Antoniam fuiſſe filiam Vergilij, ſequitur, ꝙ ẽt probatum non fuit ipſam Antoniam fuiſſe neptem Antonij. ¶ Nec aduerſatur, ꝙ Antonius ſolitus fuerit dictam Antoniam neptem nominare, & illam in domo retinere, ac nutrire; ergo pro nepte haberi debeat per ea, quæ habentur in ſimili in d. l. filium, & in d.l.1.& per Alex & Dec.in locis per præfatum D. Aduocatum partis aduerſæ allegatis, quia primo reſpondetur, ꝙ eo mõ, quo ipſæ præſupponit,

pro-